



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **De Breviario Concionatorio, Strenæ, Fidelis Prophetissa Concionibus de B. M. Virgine serviens, Conciones Occurrentes & Funebres**

**Tylkowski, Wojciech**

**Oliva, 1686**

De Tempore & tempestiva Pœnitentia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51821](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-51821)

bentes singuli phialas, & cytharas aureas plenas odoramentorum, quæ sunt orationes Sanctorum. Et cantabant canticum novum dicentes, Dignus es Domine &c. Et rursum ibid. Dignus est Agnus, &c. Et iterum. Sedenti in throno & Agno, benedictio, & honor, & gloria, & potestas in secula seculorum. Denique cap. 4. Sanctus, Sanctus, Sanctus, &c. Et. Dignus es Domine Deus nosse accipere gloriam, & honorem & virtutem, quia tu creasti omnia, & propter voluntatem tuam erant, & creata sunt. Beati, ergo, qui habitant in domo tua Domine in secula seculorum laudabunt te. Isai. 38. *Novas semper harmonias vox meloda concrepet, in jubulum prolata mulcent omnes organa. Digna, per quem sunt victores, Regi dant præconia.* Ut cavit S. Aug. in lib. de gloria paradisi.

## STRENA V.

### De Tempore, & tempeſtiva Pœnitentia.

**S**iquis nostrum ritè perpendat, justamque ad trutinam libret, non tantum SS. Patrum, verum etiam Ethnicorum vitam, is facile advertet, quam plerique Christianorum hujus ævi sint ipsis dissimiles, tum multis aliis in rebus, cum vel maxime in habenda temporis ratione, eoque fructuose & salubriter expendendo. Solebant enim hic non tantum SS. illi Patres ac Catholici Doctores, Cyprianus, Basil. Chrysoſt. Ambr. Hieron. aliique innumeri sanctissimi Viri, sed etiam Ethnici plurimi exactissimam habere temporis rationem, cum scirent nihil eo pretiosius inveniri, nec aurum ullum, nedum argentum illi conferendum. Hinc illud dictum Lycurgi. *Rectè eruditi temporis rationem habent.* Hinc & illud Democriti. *Pretiosissimum impendium tempus.* Hinc Theophrasti. *Sumptuosissimus tempus.* Hinc denique temporis æstimationem & usum Lucilio commendans epist. 1. *Vindica te tibi & tempus quod adhuc vel auferebatur, vel surripiebatur, aut excidebat, collige & serva. Peſvade tibi sic esse, ut scribo. Quadam tempora eripiuntur nobis.*

nobis, quedam ſubducuntur, quedam eſſuunt. Turpiſſima tamen eſt jactura que per negligentiam venit. Et ſi volueris attendere, magna vita pars elabitur malè agentibus, maxima nihil agentibus, tota aliud agentibus. Quem mihi dabis qui aliquod pretium tempori ponat, qui diem æſtimet? Sanè Plinius omne illud tempus periſſe arbitrabatur quod ſtudiis non impendiſſet, Titus Veſpaſiani Filius qui in ulcionem Dominici Sangvinis, ut ait Hieron. in 5. ad Galat. ſubverſis Jerololymis, Romam victor ingreſſus tantæ dicitur fuiſſe bonitatis ut cum quâdam nocte ſerò in cœna fuiſſet recordatus, quòd nihil boni illa die feciſſet, dixerit amicis. *Hodie diem perdiidi.* Dixit hoc ille ſine lege, ſine Evangelio, ſine doctrina Chriſtiana.

Verùm ſi nos quotquot Chriſti nomine gloriamur, ſervaremore collectionem noſtram, ac diligenter revolverem⁹ quemadmodum tranſegerimus elapſa pridem tempora, poſſemus, atq; adeò deberemus ſimilem in modum exclamare. Amici perdiidimus diem. Quid verò dum? imò hebdomodam, quid hebdomadam? imò menſem, quid menſem? imò annum. Vix quidquam à nobis boni præſtitum elapſo hoc anno, nulla vitæ emendatio ſecuta eſt. Quales fuimus primo anni præcedentis die, tales & heſterno eramus, qui fuit ultimus. Priore anni die eramus ſuperbi, vinolenti, luxurioſi, ebrioſi, injuſti, invidi, avari, &c. tales & noviſſimus anni dies nos invenit. Heu perdiidimus diem & annos, perdiidimus tempus, tempus inquam tam præcioſum. Hanc tamen jacturam vix ſecum aliquis noſtrum perpendit, multò minus deplorat. Verùm, hanc cæcitatē plangit in multis S. Bern. ſerm. ad Soror. *Nihil præcioſius tempore, ſed heu nihil hodie vilis invenitur &c. O donec tranſeat tempus, quo divinam propitiare debueras pietatem, properare ad Angelicam ſocietatem, ſuſpirare ad amiſſam hereditatem, excitare remiſſam voluntatem, flere commiſſam iniquitatem.* Dicere ſolent iſtius modi temporis decoctores, ut quid anxie curemus horulas, non nos ipſis,

ipsis, sed ipsæ nobis factæ sunt? quasi verò ideo tempus in horas distinctum sit, non ut exacta ejus habeatur ratio, sed ut proli- bitu bonæ horæ consumantur. Quid autem fiat in secretis an- gulis cubiculi, dum sic tempus deperditur, dum sic luditur, au- di disertè ita de se, & contra se scribentem eundem Bern. term. 3. de Nativ. Dom. *Ludebam ego foris in platea, & in secreto regalis cubiculi super me ferebatur judicium mortis, &c.* Addamus si pla- cet huic D. Chrylost. hom. 57. in 9. Joann. *Propterea ingemisco, quia quod sit damnum, quod malum non intelligitur. Dedit tibi DEUS horam, ut eam coleres, tu eam incassum & inutiliter consu- mis. Queris quod sit damnum? si vel parum argenti amiseris, id omninò damnum altimas: si totos dies in diaboli operibus consum- pseris, nihil amisisse opinaris. Opus est in sacrificiis & precibus vi- tam omnem impendere: tu ad clamores, perturbationes, obscœna ver- ba, contentiones, intempestivas voluptates, in tuum cõvertis detrimen- tum. Et cum hac commiseris, quod damnum acceperis, interrogas? neq; intelligis omnia potiùs amittenda, quàm tempus. Aurum a- mittis, poterit recuperari, amissum tempus difficulter. Brevè nobis in presenti prebatur vita, qua nisi ut amur in necessariis, quid illuc migrantes faciemus? Dic queso, si cui Filiorum præciperes ut aliquam artem disceret, ille autem vel domi, vel alibi frustra tempus contere- ret, possetne apud Magistrum excusari? nonne diceret, convenimus, tempus statui. Si tibi non cura est ut apud me incumbat arti fi- lius, quomodo eum erudiemus? Hac & vobis dicenda. Nam exiget à vobis DEUS rationem. Vobis, inquiet, tempus dedi, ut pietatem & rectè vivendi artem erudiremini, vos incassum & inutiliter hoc tempus consumpsistis. Proinde mirandum non est, tempus in tremendo judicio advocandum in nostri damnationem, testan- te Jeremia Thr. 1. *Vocavit adversum me tempus.* Et ratio est illa, quam Psalmista explicat Pl. 118. *Tempus faciendi Domine dissi- perunt legem tuam, id est, Tempus ad faciendum, ad laboran- dum**

dum in vinea Domini, atque ad operandam ſalutem, vobis datum eſt: id tamen non ſolum non præſtiterunt impii, ſed etiam in ſuperbiam abuſi diſſipaverunt legem tuam juxta illud alterius Scripturæ Job 24. *Dedit ei DEus locum penitentia, & ipſe abutetur eo in ſuperbiam.*

Aliquando ergo DEus ſumet ſibi tempus ut contra temporis proditores judicet, Pl. 74. *Cum accepero tempus ego juſticias judicabo.* Quomodo enim non judicabuntur injuſticia, & temporis prodicio, cum & ipſæ juſticiae judicandæ ſint? tum profectò nobis denegabit temporis horam, qui ſanguinem ſuum nobis non negavit. Jurat enim Angelus Apoc. 10. per viventem in ſæcula ſæculorum *quia jam non erit tempus.* Dum ergo habemus tempus Gal. 6. operemur bonum. Ec Ephel. 5. Redimamus tempus, quoniam dies mali ſunt, & ſerò nimis deplorabimus meſſem tranſiſſiſſe, finitam æſtatem, & nos ſalvos non eſſe. Jer. 8. Cogitemus & illud Apoſtoli 1. Cor. 7. *Hoc itaq; dico Fratres tempus breve eſt.* &c. Et alibi 2. Cor. 6. *Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies ſalutis.* Audiamus & illud Ezech. 7. *Venit tempus, appropinquavit dies, qui emit non lætetur.* Vivamus tanquam citò morituri, quia incertian craſtinum viſuri. *Quis ſcit an adjicient hodierna craſtina vita tempora Dei Superi?* Illuxit quidem nobis primus dies anni hujus; ſed quàm multos putatis præcedentis anni initio qui ſubitam longam vitæ uſuram promittebant ut & hunc diem viderent, qui tamen jam diu à vermibus corroſi in ſepulchris jacent, quorum *vita præciſa eſt velut à texente* Iſai. 38. quosque ſuccidit DEus dum adhuc ferè ordirentur. Quàm multos etiam exiſtimatis nunc primo hujus anni die ſuperſtites, qui mira hoc eodem anno agere ac tractare proponunt, qui tamen ſequentis anni non videbunt lucem? Nos ergo qui Chriſti D. beneficio hucusque reſervati ſumus aliis interim ex hac vita ſubito ereptis dicamus  
cum

cum

cum Propheta Thren. 3. *Misericordia Domini quia non sumus præterito anno consumpti.* Et cum Pl. 93. *Nisi quia Dominus adjuvit me paulò minus in inferno habitasset anima mea.* Grati sumus Bethleemico nostro Regi, qui vitæ nostræ tam longas concessit inducias. Oremus eundem, ut merito ac virtute suæ dolorosæ circumcissionis, ac preciosi sanguinis hodiernâ die effusi, nobis gratiam largiatur, quâ adjuti præsentem annum transigamus cum omni pietate, justitia, ac sobrietate, ut in ipso fine anni sanctiores coram ipso inveniamur quàm in principio. Tum utiliter tempus nobis diviniçus concessum, salubriterque expendentes, tunc sapienter tempus redimamus. Unde etiam confidenter cum Apostolo Tit. 3. expectare poterimus *beatam spem, & adventum gloriæ magni Dei, & Salvatoris nostri Jesu Christi &c.* Demus etiam hoc anno operam, ut, quemadmodum in rebus pretiosis facimus, magnâ circumspectione, parsimoniâ, frugalitate, temporis thesauro utamur, eumque sic dispensemus, ut in res cæteras, puta, cibum, potum, somnum, aliasque humanas necessitates, quàm parcissimè impendamus, maximam verò eus partem Deo & animæ nostræ saluti demus. Quin verò suffuremur aliquid non modò de jocis, lusibus, fabulis &c. sed de somno etiam matutino, ut vel hoc ipsum tempus Deo laudando, gratiisque agendis consecremus ad exemplum Davidis Regis, qui regni negotiis interdum occupatus lucis exortum antevertere solebat, ut de seipso testatur Pl. 118. dicens. *Præveni in maturitate & clamavi &c.* Et ibid. *Prævenere oculi mei ad te diluculo. &c.* Magna proinde cæcitas eorum qui hanc rem pretiosam negligunt, miserè perdunt, dissipant, atque profligant, ocio, fabulis, lusibus, vanitatibus, & voluptatibus intenti & immerfi. His justo Dei judicio contingit, ut quia dum tempus habent, eo ad salutem uti nolunt, postea dum volunt, tempus eis denegeretur. *Veniet dies, inquit Christus Salvator, Luc 17.*  
*Quando*

*Quando desiderabitis videre unum diem Filii hominis, & non videbitis. Sic quidam narrante D. Gregorio 4. Dial. 38. clamavit in hora mortis. Inducias usq. ad mane! nec tamen ipsi concessa fuerunt. His enim simile quid accidit, quod Viatoribus qui dum in via interdum hærent, potant, ludunt, nec iter inceptum absolvere properant, nocte & tenebris ingruentibus, urbe excluduntur. Excitamus ergo omnem sollicitudinem, vigilemus, laboremus, tempestivè pœnitentiam agamus. Magnum in mora periculum, breve tempus est. *Securus ad radicem posita.* Matth. 3. *Omnis arbor quæ non facit fructum bonum, & quidem pœnitentiæ dignum, excindetur & in ignem mittetur.* Luc. 15. *Nisi pœnitentiam habueritis omnes peribitis,* clamat Salvator. Dum ergo adhuc maturum est, dum tempus favet, dum cœlorum regnum pœnitentibus patet, pœniteamus: ne post, elapsâ impetrandi occasione, clauso cœlorum ostio, serò frustra quæ pœnitentiam agamus, & ad ea deveniamus inferorum loca, ubi nunquam nec fletus, nec dentium stridor est defuturus, & quotumvis clamantes nemo sit qui exaudiat. *Quia enim vocavi,* inquit DEI Sapia Prover. 1. *& renuistis, despexistis omne consilium meum, &c.* Quare ne nobis idem eveniat, *queramus Dominum dum inveniri potest.* Isai. 55. *Invocemus eum dum prope est.* Ambulemus, dum *lucem habemus.* Joann. 12. ne tenebræ nos comprehendant. Non *tardemus converti ad Dominum, nec differamus de die in diem.* Eccl. 5. *Subitò enim veniet ira eius, & in tempore vindictæ disperdet nos.* Eccl. 12. *Meminerimus Creatoris nostri in diebus juventutis nostræ, antequam veniat tempus afflictionis nostræ, & appropinquent anni de quibus dicamus. Non placent nobis, antequam tenebrescant, Sol, Stella, & Luna, & revertantur nubes post pluviam: quando non clarè ob senium aspiciemus Solem & Lunam, & post egestam unam catharri nubem, alia veniet. Quando commovebuntur custodes domus, cum manus tremant: & nutabunt**

*tabunt viri fortissimi, genua quæ totum corpus sustinent. Et  
 otiosa erunt molentes, dentes non molent cibum collapso ad il-  
 lum appetitu, imminuto numero, & tenebrescent videntes per for-  
 ramina, oculi, & claudent ostia in platea, cæteri sensus deficient,  
 in humilitate vocis molentis, & consurgent ad vocem volucris gal-  
 linacei ob inopiam somni, & obsurdescent omnes filia carminis,  
 aures, quia obturabuntur arteriæ, per quas sonus permeat.  
 Excelsa quoq; timebunt & formidabunt in via, timendo ascensum  
 montium & saxa. Florebit amygdalus, canescet caput. Impin-  
 gribitur locusta, & dissipabitur capparitis, pro quo alii legunt. In-  
 curvabitur seu onerabitur dorsum, & dissipabitur concupiscen-  
 tia; quoniam ibit homo in domum eternitatis sue, in sepulchrum.  
 Et circuibunt in platea plangentes; de morbo unus alteri signifi-  
 cando, antequam rumpatur funiculus argenteus, candida pellicu-  
 la cerebri, & recurrat vita aurea, flavescat cutis. Antequam  
 conteratur hydria supra fontem, & confringatur rota super cister-  
 nam, oculi crepent, ubi fons lacrymarum. Antequam ergo  
 hæc incommoda senectutis, & mala vicinæ mortis veniant, me-  
 memento Creatoris tui in diebus juventutis tue. Hæc igitur longâ  
 verborum serie, serio nos monet Ecclesiastes, ut tempestivè  
 nos convertamus ad DEUM, poenitentiamque agamus in ju-  
 ventute, & nullo modo in ultimos differamus dies. Ob quas  
 etiam causas, stultum, periculosum, & præposterum est poe-  
 nitentiam differre in finem annorum vel in senium. Primò  
 quia tempus illud nobis incertum est, neque infallibiliter pro-  
 missum. Qui enim verè poenitentibus promisit veniam, pec-  
 cantibus non promisit vitam. Mors senibus est in porta, ju-  
 venibus in insidiis: illis à fronte, his à tergo. Illi debent citò  
 mori, isti possunt. Quid ergo putas te diu victurum, qui  
 nullum diem habes securum? hæc inani spe vitæ innumeræ  
 perie-*



perierunt animæ. Sic inter multos periit dives ille Evange-  
 licus. Luc. 12. Cujus ager cum uberrimos produxisset fructus,  
 sic intra se cogitavit, & dixit. *Quid faciam, quia non habeo hor-  
 rea quò congregem fructus meos? hoc faciam, destruam horrea  
 mea, & majora faciam, & illuc congregabo omnia que nata sunt mi-  
 hi, & dicam anima meæ. Anima mea habes multa bona.* &c. Interim  
 dum infelix ita secum cogitat, audita est vox subito illi dicens.  
*Stulte hæc nocte repetent animam tuam à te, & hæc qua congrega-  
 sti cujus erunt?* Avicula sedens in arbore quocunq̃ libet se  
 evolare posse credit, sed priusquam evolaverit, eam inopina-  
 tus ictus sagittæ dejicit. Sic & tu longa vitæ promittit tempo-  
 ra & mirabilia facere disponis, & nescis an in vesperam sis vi-  
 cturus, & non subita morte, ut plurimis contigit, sis abripien-  
 dus. Quænam ergò potest esse major infania, quàm hominem  
 propriâ suâ autoritate velle disponere de tempore futuro,  
 non aliter atq̃e si ipse esset Rex temporum, atq̃e momen-  
 tis, quæ Pater in sua potestate posuit, præflet. Et si Filius  
 DEI, Apoc. 1. & 3. solus habeat claves vitæ & mortis, ut clau-  
 dat & aperiat, cui & quando illi placet, quomodo audeat vi-  
 lis homuncio, imò vermiculus hanc sibi potestatem usur-  
 pare?

Secundò, quia pœnitentia sera rarò vera. Audi D. Aug. hom.  
 41. inter L. *Si quis positus in ultima necessitate sua aegritudinis volue-  
 rit accipere pœnitentiam, & accipit, & mox reconciliatus hinc abit, fa-  
 teor vobis, non illi negamus quod petit, sed non præsumimus quòd bene  
 hinc exiit. Si securus hinc exierit, ego nescio, pœnitentiam dare possu-  
 mus, securitatem dare non possumus. Nunquid dico, damnabitur? sed  
 nec dico, liberabitur. Vis ergò à dubio liberari? vis quòd incertum est  
 evadere? age pœnitentiam dum sanus es. Si sic agis, dico tibi, quòd se-  
 curus es, quia pœnitentiam egisti eo tempore quo peccare potuisti.* Si

G. 2. 22. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100. 101. 102. 103. 104. 105. 106. 107. 108. 109. 110. 111. 112. 113. 114. 115. 116. 117. 118. 119. 120. 121. 122. 123. 124. 125. 126. 127. 128. 129. 130. 131. 132. 133. 134. 135. 136. 137. 138. 139. 140. 141. 142. 143. 144. 145. 146. 147. 148. 149. 150. 151. 152. 153. 154. 155. 156. 157. 158. 159. 160. 161. 162. 163. 164. 165. 166. 167. 168. 169. 170. 171. 172. 173. 174. 175. 176. 177. 178. 179. 180. 181. 182. 183. 184. 185. 186. 187. 188. 189. 190. 191. 192. 193. 194. 195. 196. 197. 198. 199. 200. 201. 202. 203. 204. 205. 206. 207. 208. 209. 210. 211. 212. 213. 214. 215. 216. 217. 218. 219. 220. 221. 222. 223. 224. 225. 226. 227. 228. 229. 230. 231. 232. 233. 234. 235. 236. 237. 238. 239. 240. 241. 242. 243. 244. 245. 246. 247. 248. 249. 250. 251. 252. 253. 254. 255. 256. 257. 258. 259. 260. 261. 262. 263. 264. 265. 266. 267. 268. 269. 270. 271. 272. 273. 274. 275. 276. 277. 278. 279. 280. 281. 282. 283. 284. 285. 286. 287. 288. 289. 290. 291. 292. 293. 294. 295. 296. 297. 298. 299. 300. 301. 302. 303. 304. 305. 306. 307. 308. 309. 310. 311. 312. 313. 314. 315. 316. 317. 318. 319. 320. 321. 322. 323. 324. 325. 326. 327. 328. 329. 330. 331. 332. 333. 334. 335. 336. 337. 338. 339. 340. 341. 342. 343. 344. 345. 346. 347. 348. 349. 350. 351. 352. 353. 354. 355. 356. 357. 358. 359. 360. 361. 362. 363. 364. 365. 366. 367. 368. 369. 370. 371. 372. 373. 374. 375. 376. 377. 378. 379. 380. 381. 382. 383. 384. 385. 386. 387. 388. 389. 390. 391. 392. 393. 394. 395. 396. 397. 398. 399. 400. 401. 402. 403. 404. 405. 406. 407. 408. 409. 410. 411. 412. 413. 414. 415. 416. 417. 418. 419. 420. 421. 422. 423. 424. 425. 426. 427. 428. 429. 430. 431. 432. 433. 434. 435. 436. 437. 438. 439. 440. 441. 442. 443. 444. 445. 446. 447. 448. 449. 450. 451. 452. 453. 454. 455. 456. 457. 458. 459. 460. 461. 462. 463. 464. 465. 466. 467. 468. 469. 470. 471. 472. 473. 474. 475. 476. 477. 478. 479. 480. 481. 482. 483. 484. 485. 486. 487. 488. 489. 490. 491. 492. 493. 494. 495. 496. 497. 498. 499. 500. 501. 502. 503. 504. 505. 506. 507. 508. 509. 510. 511. 512. 513. 514. 515. 516. 517. 518. 519. 520. 521. 522. 523. 524. 525. 526. 527. 528. 529. 530. 531. 532. 533. 534. 535. 536. 537. 538. 539. 540. 541. 542. 543. 544. 545. 546. 547. 548. 549. 550. 551. 552. 553. 554. 555. 556. 557. 558. 559. 560. 561. 562. 563. 564. 565. 566. 567. 568. 569. 570. 571. 572. 573. 574. 575. 576. 577. 578. 579. 580. 581. 582. 583. 584. 585. 586. 587. 588. 589. 590. 591. 592. 593. 594. 595. 596. 597. 598. 599. 600. 601. 602. 603. 604. 605. 606. 607. 608. 609. 610. 611. 612. 613. 614. 615. 616. 617. 618. 619. 620. 621. 622. 623. 624. 625. 626. 627. 628. 629. 630. 631. 632. 633. 634. 635. 636. 637. 638. 639. 640. 641. 642. 643. 644. 645. 646. 647. 648. 649. 650. 651. 652. 653. 654. 655. 656. 657. 658. 659. 660. 661. 662. 663. 664. 665. 666. 667. 668. 669. 670. 671. 672. 673. 674. 675. 676. 677. 678. 679. 680. 681. 682. 683. 684. 685. 686. 687. 688. 689. 690. 691. 692. 693. 694. 695. 696. 697. 698. 699. 700. 701. 702. 703. 704. 705. 706. 707. 708. 709. 710. 711. 712. 713. 714. 715. 716. 717. 718. 719. 720. 721. 722. 723. 724. 725. 726. 727. 728. 729. 730. 731. 732. 733. 734. 735. 736. 737. 738. 739. 740. 741. 742. 743. 744. 745. 746. 747. 748. 749. 750. 751. 752. 753. 754. 755. 756. 757. 758. 759. 760. 761. 762. 763. 764. 765. 766. 767. 768. 769. 770. 771. 772. 773. 774. 775. 776. 777. 778. 779. 780. 781. 782. 783. 784. 785. 786. 787. 788. 789. 790. 791. 792. 793. 794. 795. 796. 797. 798. 799. 800. 801. 802. 803. 804. 805. 806. 807. 808. 809. 810. 811. 812. 813. 814. 815. 816. 817. 818. 819. 820. 821. 822. 823. 824. 825. 826. 827. 828. 829. 830. 831. 832. 833. 834. 835. 836. 837. 838. 839. 840. 841. 842. 843. 844. 845. 846. 847. 848. 849. 850. 851. 852. 853. 854. 855. 856. 857. 858. 859. 860. 861. 862. 863. 864. 865. 866. 867. 868. 869. 870. 871. 872. 873. 874. 875. 876. 877. 878. 879. 880. 881. 882. 883. 884. 885. 886. 887. 888. 889. 890. 891. 892. 893. 894. 895. 896. 897. 898. 899. 900. 901. 902. 903. 904. 905. 906. 907. 908. 909. 910. 911. 912. 913. 914. 915. 916. 917. 918. 919. 920. 921. 922. 923. 924. 925. 926. 927. 928. 929. 930. 931. 932. 933. 934. 935. 936. 937. 938. 939. 940. 941. 942. 943. 944. 945. 946. 947. 948. 949. 950. 951. 952. 953. 954. 955. 956. 957. 958. 959. 960. 961. 962. 963. 964. 965. 966. 967. 968. 969. 970. 971. 972. 973. 974. 975. 976. 977. 978. 979. 980. 981. 982. 983. 984. 985. 986. 987. 988. 989. 990. 991. 992. 993. 994. 995. 996. 997. 998. 999. 1000.

enim vis agere poenitentiam, quando jam peccare non potes, peccata te dimiserunt, non tu illa. Ideò rursum idem salubriter monet de vera & falsa poenitentia cap. 17. Nullus, inquit, existimet, qui a peccare non potest. Arbitrii enim libertatem quarat, ut dolere possit peccata commissa, non necessitatem; qui prius itaq; à peccatis relinquitur, quàm ipsa relinquat, ea non tam liberè, quàm ex necessitate condemnat. Quem ergo seriò poenitet, oportet non solum demereri Judicem, sed diligere quia sine charitate nemo saluus esse potest. Ideòque qui prorogat poenitentiam usque in horam mortis videtur is non ex voluntate, neque ex charitate, sed ex necessitate poenitentiam agere. Talis videtur fuisse poenitentia Semei 1. Reg. 16. quam fecit ob delictum in Davidem Regem commissum, cum à facie Absalonis fugeret, qui Semei cum jam videret ad Davidem victoriam inclinasse, considerans punitionem sibi verisimiliter instare, descendit cum viris de Benjamin, prostratusq; coram Rege veniam delicti rogavit. Quod cum Abisai vidisset, dixit. Nunquid pro his verbis non occidetur Semei qui maledixit Christo Domini? Sac. Aus vero Rex non ignorans quam exigui meriti hæc fuerit poenitentia, tunc quidè factum dissimulavit, tamen inultum noluit: Sed jam morti proximus non vindictæ cupiditate, sed justitiæ zelo, præcepit Filio suo ne pateretur illum innoxium, qui, & postmodum eundem Semei occidi iussit. Eiusmodi videtur multorum Christianorum poenitentia, qui cum totâ vitâ DEUM offendendo in peccatis perseveraverunt, cum appropinquaverit hora reddendæ rationis, ubi mortem adesse, sepulchrum apertum, & præsentem Judicem viderint, intellexerintq; non inveniri fortitudinem, non potentiam contra illam infinitam potentiam, & quod in illo momento determinabitur, est semper duraturum, convertuntur ad Judicem orationibus, & protestationibus utinam veris & sinceris! Sed experientia docet, tales ubi periculum mortis evaserunt, confestim omnium promisso-

missorum oblivisci, & tanquam sues ad volutabrum reverti, quod argumento est, eos non ex amore DEI, sed ex timore quodam servili fecisse ea quæ fecerunt, more eorum qui in periculis maris constituti nihil non sanctum promittunt, qui tamen portum assecuti protinus obliviscuntur promissionis factæ, & votorum suorum nullam rationem habent. Quia igitur fera illa pœnitentia rarò vera & sincera est, magis ex timore mortis, quàm ex DEI amore proficiscens, nequaquam tam diu differenda.

Sed etsi ut plurimum talis pœnitentia vera esset, nihilominus periculosissimum est eam in illud tempus prorogare. Quomodo enim scis eo tempore te acturum pœnitentiam cum enim sit speciale DEI donum, quod non omnibus datur, imò quod multis justo DEI judicio denegatur, quomodo audes hoc donum tibi promittere in ultimo vitæ, qui præteritos omnes annos in vitiis consumpsisti? An nescis Greg. *hæc animadversione percuti peccatorem, qui vivens oblitus est DEI, ut & moriens obliviscatur sui?* An nescis cor hominis peccatoris tum minus ad DEUM posse elevari & in exercitiis veræ pœnitentiæ posse occupari, quando tot obstant perturbationes ex vehementia dolorum, ex amissione rerum temporalium, ex jactura amicorum, ex apprehensione imminentis mortis & futuri mox judicii? An nescis te etiam tum vehementius à diabolo impugnandum? quomodo igitur tam repente diaboli laqueis te explicare poteris infirmitate depressus, quibus te sanus extricare non potuisti? quomodo tam citò ab eo deficies, & Christo militare incipies, quando de prælio est exeundum? quomodo arbor quæ semper arida fuit, tunc virere & florere poterit cum jam ad radicem securis posita est ut excindatur, & in ignem mittatur? Dices fortassè & obtendes quosdam in vineam Domini novissimâ horâ venisse Matth. 20. & mercedem accepisse

pisse cum aliis qui primo manè venerant: imò latronem invenisse misericordiam jam jam moriturum. Audi, hæc scito esse privilegia paucorum quibus tu fidere non debes, cum nescias an eadem gratia tibi sit præstanda. Arripit quis iter Romanam versus, invenit fortè marsupium plenum auro, quo iter ad finem perficere possit, quia hoc semel fortassè & valdè casu contigit, tu iter illud peracturus pecuniam tecum non deferens confidens te similem thesaurum reperiturum? nimis manifesta hæc foret stulticia, rarissimè enim talis casus accidit. Quod verò attinet vocatos ultimò, illi faciebant, quod in se, stabant parati, prospiciebant ut quis vocaret. Ita novissimâ horâ hominem à Deo vocari, & ab eo trahi, rarò contingit. Nimis igitur stultus es si spe istâ differas poenitentiam. Quare si sapias, compara tibi nunc provisionem itineris tui, longa enim tibi restat in coelum via. Præpara tempestivè oleum in vasis tuis, ne serò veniens cum fatuis Virginibus Matth. 26. excludaris à regno coelorum. Audiamus igitur Conclusionis loco D. Ambr. salubriter ita admonentem lib. 20. de Poenit. cap. 1. *Agenda est poenitentia maturè, ne fortè Evangelicus ille Pater-Familias qui arborem ficum plantaverat in vinea sua, veniat, & fructum in ea querens, si non inveniat, dicat cultori vineæ suæ Luc. 13. Succide illum ut quid etiam terram occupat. Et nisi cultor vineæ interveniat dicens, Domine dimitte illam & hoc anno &c. Stercoremus ergo & nos agrum hunc quem possidemus, & imitemur laboriosos agricolas, quos non pudet simo pingvi satiare terram, & immundo cinere agrum aspergere, ut fructus uberiores colligant. Quemadmodum Stercoremus docet Apost. Philip. 2. Omnia existimo ut Bercora ut Christo placere. 2. Cor. 6. Legerat quòd Abraham Gen. 18. dum se sterco & cinerem fatetur summâ humilitate, invenit apud DEUM gratiam. Legerat quòd Job 42. in Berquilinio suo sedens, omnia qua*

ami-

amiserat recuperavit. Legerat prophetantem David Psal. III. Quod DEUS de terra suscitet inopem, & de stercore erigat pauperem. Et nos ergo non erubescamus fateri Domino peccata nostra, pudor est ut unusquisq; sua crimina prodat, sed ille pudor agrum suum curat, spinas tollit perpetuas, sentes amputat, fructus exhibet quos jam mortuos esse credebat. Sequere illum qui bene arando agrum suum fructus quasiuit eternos. Maledicimur, inquit, & benedicimus: persecutionem patimur & sustinemus, blasphemamur & obsecramus, tanquam purgamenta huius mundi facti sumus. Si & tu sic araveris, seminabis spiritualia. Ara ut peccatum auferas, fructum acquiras.

## STRENA VI.

## De Mortis Memoria.

**D**Abo vobis in Strenam hanc die Reliquias Sanctorum. Joannes Damascenus, pius & antiquus Scriptor atque Ecclesie Doctor describens vitam Josaphat & Barlaam, eorumq; gesta ac peregrinationem, refert hos Sanctissimos viros secum ferre solitos ossa quaedam, seu reliquias SS. Martyrum, eaque in magno habuisse pretio. Cumq; aliquando rogarentur a quodam Principe viro, quam ob causam hanc mortuorum ossa quotidie circumferrent, responderunt, sese hanc observare consuetudinem ob varias considerationes. 1. In memoriam talium Martyrum vitam defunctorum. 2. Ut per aspectum sacrarum reliquiarum subinde excitari possent ad eos imitandum. 3. Ut per contactum eorundem ossium, quae sanctificata fuerunt per Spiritum S. etiam ipsi sanctificari possent. 4. & postremo. Ut videntes hanc ossa semper reminiscerentur futuræ mortis.

Nimirum usq; adeo existimabant salutarem illi viri mortis esse recordationem, ut ob hoc potissimum mortuorum ossa secum deferrent. Sed quid mirandum quod illi hoc sibi persuasum habuerint,

buerint,